



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

X. Ein Brieff Marggraf Woldemarss, darin er dem Closter Himmelpforth den Calkofen zu Storkow vnd den Eygenthumb an den Dorffern Redelstorp und Zosne voreygenett.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54745](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54745)

X. Ein Brief Marggraf Woldemars, darin er dem Closter Himmelforth den Calkofen zu Storkow vnd den Eygenthumb an den Dorffern Redeltorp und Zofne voreygenett.

In nomine Domini Amen. Cum operationes hominum quantumcunque licet legales, obliuioſa cecitas conſueta ſit deducere in errorem, ſi ipsis non ſuccuritur remedio ſcripturarum ſolemni, et in hiis ubi maius uertitur periculum, puta que ad diuini numinis cultum ſpectant, merito cautius eſt agendum; Inde igitur eſt, quod nos Woldemarus, Dei gratia Brandenburgeniſis et Luſacienſis Marchio, per preſentes literas Recognoſcimus publice et in noticiam deducimus tam preſentis uite hominibus, quam future, quod plena et matura deliberatione prehabita dedimus et preſentibus literis donatione donamus ſincera deuotis in Chriſto perſonis Abbati et conuentui Porte Celi, nec non ipſi monaſterio fornacem calcis in uilla Storkouue cum omni uſu, commodo et utilitate perpetuo proprietatis titulo pacifice poſſidendam. Poſſunt quoque ipſi fratres ligna colligere iacientia quelibet etiam uento ewſa et ubilibet circunquaue ad quolibet uſus neceſſarios, nec in eo debent aliquatenus impediri, calcem etiam et terram pro lateribus fodere poſſunt in omni loco campi, uel in platea, uel quibuslibet aliis locis, ubi eam reppererint, licite nec proinde debent ab aliquo inquietari. Dedimus inſuper fratribus eiſdem et monaſterio proprietatem quatuor manſorum in uilla predicta, quos colent libere ab onere precarie et ſeruitii cuiuslibet abſolutos nec plures ibidem manſos ullo umquam tempore comparabunt. Tenebuntur tamen ad queque ciuilia uille predictę conſueta, nec ſpeciale pecorum gregem habebunt ibidem, ſed ſimul ipſorum pecora inter ciuium pecora minabuntur et in reſtaurum, ſi calcem uel terram in campis uille predictę adiacentibus uel in curiis ciuium inuenerint et foderint, dimiſimus et per preſentes literas dimittimus ciues uille predictę preſentes et futuros a precaria frumenti perpetuo abſolutos. Preterea dedimus et donamus donatione pura fratribus ipſis et monaſterio proprietatem harum uillarum, ſcilicet Redeltorpe et Zofne in omnibus ſuis metis et cum uniuerſis lignis, mericis ac aliis quibuscunque ad ipſas ſpectantibus, ſiue in agris, ſiue pascuis, perpetuis temporibus duraturam, Renunciantes ſolemniſter et expreſſe Vniuerſis predictis et eorum cuilibet poſſeſſioni et proprietati ac omni iuri. Si quod nobis etiam poſſet competere in futurum, quoad nos, heredes noſtros, nec non quoslibet noſtri Domini ſucceſſores, Volumus etiam predictas uillas ab onere precarie fore immunes. Proinde dicti monachi pro ſe et poſteris ſuis dimiſerunt nos, noſtros, noſtrosque heredes ſolutos ab omni damno et contumelia monaſterio et curiis ſuis per nos et noſtros illatis in noſtra Guerra proxime preterita de ipſorum libera uoluntate. Huius rei teſtes ſunt: Nobiliſ uir Guntherus, Comes de keuernbergk, Conradus de Redere, Henningus de Blankenborch, Arnoldus Sak, Haſſo de Wedel, milites; Sloteko, noſtre curie Dapiſer, Henricus, Decanus Stendalgenſis Eccleſie, Euerardus Stolpenſis, Segerus, Stendalgenſis prepoſiti, noſtri Cappellani, cum aliis pluribus fide dignis. In quorum nihilominus teſtimonium ſingulare noſtro ſigillo muniri iuſſimus preſens ſcriptum. Datum Turglone, Anno domini Milleſimo Trecentefimo ſeptimo decimo, in die beatorum Philippi et Jacobi Apottolorum.

Die Copey iſt von mir obgeſetzten Notarien Erasm. Seydeln mit Ihrem Rechten Original auſcultiret vnd Colationret; vnd iſt demſelben allenthalben gleichlautend, Daſſ Bezeuge Ich mit Diſer meiner eygen Handſchrift.